Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

dere christo et ipsi suam uirginitatem seruare. Aurelia
nus sponsus eius contemptus ab ea. fecit eam christiani
tatis titulo in hac insula relegari. Ipse uero aureli
anus ueniens huc cepit sancti nerei et achillei ani
mos attemptare. putans se per ipsos uirginis animum
commouere. Sancti uero execrantes dona eius et magis
domitille fidem corroborantes in domino. uerberibus ab eo
grauissimis attrectati sunt. atque ad tiancinam depositi
in memoriam ... consulari. A quo cum eculeo et flam
mis compellerentur ad immolandum idolis. et dicerent
se a beato petro apostolo baptizatos nulla ratione pos
se idolis immolare: capite cesi sunt. Quorum corpora rapu
it auspicius discipulus eorum. nutritor sancte uirginis domitil
le. que etiam nauicule imponens adduxit. et in predio do
mitille in crypta arenaria sepeliuit in uia ardeati
na a muro urbis miliario semis. iuxta sepulchrum
in quo sepulta fuerat petronella filia petri apostoli.
Hec nos ipso auspicio referente cognouimus. qui eorum
corpora rapuit. et sepeliuit. Erit enim caritatis tue solli
citudinis circa nos agere: et aliquem ad nos talem dirigere.
qui et nos de tua et nos de nostra sospitate faciat leti
ores. Acceptis his scriptis marcellus germanum suum
marcum misit ad insulam qui fuit cum his confessoribus
christi per annum unum. Postea uero marcellus reuersus hec
retulit. Cum aurelianus post martyrium nerei et achillei
hec ageret. ut ad domitille posset peruenire consen
sum dictum est illi a quodam qui maiorem haberet cari
tatem cum euticete. et uictorino. et marone: quam habue
rat cum eunuchis suis nereo et achilleo. qui eam do
cuerant christo credere. Unde factum est ut a principe
nerua peteret eos sibi donari. ut sacrificare debuissent.
Qui cum uiriliter agerent eutices. uictorinus. et maro
atque minas aureliani penitus non curarent: deposuit
eos de insula et quasi seruos per sua predia singulos
diuisit. euticen sexto miliario ab urbe uia nume
tana. uictorinum uero in sexagesimo uia salaria.
maronem autem in centesimo tricesimo in eadem uia sa
laria. iussitque eos terram fodere per totum diem. ad ues
perum cantabrum manducare. Sed deus omnipotens dedit
eis gratiam in locis peregrinis. Nam euticen conductoris
loci filiam a diabolo liberauit. uictorinus autem uice
dominum loci paraliticum per tres annos delectum non surgen
tem fecit orando incolomem. maro uero morbo ydropi
co laborantem curatorem ciuitatis septempede libe
rauit. Interea sermonem facientes ad populum docuerunt

christo multos credere. Et facti presbiteri populum creden
tem ampliarunt. Tunc diabolus repleuit iramen
tem aureliani. et misit qui uario genere penarum
interficerent eos. Nam euticen in media uia
tamdiu cedi iussit quamdiu spiritum exalaret. Cuius
corpus rapuit populus christianus. et cum honore magno se
peliens in christi nomine super eum basilicam fabri
cauit. Victorinum apud eum locum qui cotilas
appellatur ubi putentes aque emanant et sul
phuree: in ipsis capite deorsum per horas tres
teneri iussit. et ita suspendi. Hoc per triduum pro
nomine christi passus sanctus uictorinus migrauit ad dominum.
Iussit autem aurelianus corpus eius non sepeliri. Et cum una
die apud cotilas iacuisset; uenerunt amitnenses
populi christiani et rapuerunt eum. et in suum territorium trans
tulerunt. atque ibi sepelierunt sub die. XI. Kal. aug.
Marone uero inmisso amico suo nomine turgio. ius
sit duci ad saxum ingens et ibi opprimi. Unde
factum est ut immanissimam petram quam uix ad tro
clea pensare septuaginta homines potuerunt.
super humeros eius imponerent. Ipse autem sanctus maro
quasi leues paleas portauit per duo milia passuum
sanus. et in eo loco posuit quo orare consueuerat.
Quod factum omnis prouincie prouincie populus admiratus
credidit christo. et baptizatus est. Consularis autem ac
cepta ab aureliano preda. interfecit eum. Populi autem
cauauerunt petram quam humeris portauerat
et ibi sepelierunt eum. et ecclesiam christi fabricauerunt.
in nomine eius in qua prestantur beneficia usque in ho
diernum diem. prestante ... Passio uictoris martiris.

Impiissimo et maximiano imperante tyranno in ciuitate medio
lanensi erat persecutio ingens christia
norum. et erat quidam maurus nomine
Victor miles gloriosissimus et imper
atori notissimus. qui erat christianus. oc
culte tamen propter metum imperatoris.
Sed considerans sanctorum uirtutes. quia nemo
coronatur: nisi qui legitime certauerit. et quia preci
osa est in conspectu domini mors sanctorum eius. proposuit in cor
de suo dicens. Qui dicit christum uelle sequi debet quomodo
ambulauit. et ipse ambulare. sicut dominus ait. Qui
uult uenire post me abneget semetipsum. et tollat
crucem suam et sequatur me. hec omnia reputans
in corde suo dicebat. Domine ihesu christe da mihi et uelle

B viii id. mai.